

AVREA SÆCVLA

M. VALERI PROBI BERYTI FRAGMENTA

J. VELAZA

Ette ⁱⁿ rubeat superbus indigne
indigne ne Probum timeto.
In Mulierem defone
Faciem r: gro mndamin
Seam fumeo uic ledis d.



U
AT DE
B

M. VALERI PROBI BERYTI
FRAGMENTA

EDIDIT

J. VELAZA

AVREA SÆCVLA - 15

M. VALERI PROBI BERYTI FRAGMENTA

EDIDIT

J. VELAZA



UNIVERSITAT DE BARCELONA



PRÆFATIO

Annis fere centum peractis postquam Josef Aistermann M. Valeri Probi Beryti fragmenta collegit, nova iam editio diversis causis desiderabatur.

Quarum inprimis, lector benevole, accipies quod ex eius tempore adeo mutatae sunt singulae testium recensiones, ut Probi fragmenta melius legi atque interpretari queant. Adde quod mulieres virique eruditi permulti, inter quos Keil Pasquali Rostagni Scivoletto Della Casa Grisart Zetzel Jocelyn Timpanaro Geymonat non silebo, quaestionem Probianam varie tractaverunt, quorum operibus, multum sane inter se bellantibus, non modo Probianos locos nova luce examinare, sed etiam, quod maximi est momenti, qui ex iis Valerio Probo Berytio, qui contra Probo saeculi IV artigrapho tribuendi sunt certius discernere potes. Qua in re haud leviter cum Aistermanniana editio nostra discrepat, additis etiam aliquantulis novis fragmentis.

De ratione edendi breviter sum praefaturus, ut qua lege et quo ordine fragmenta disposuerim animadvertas. Ex permultis antiquis testimoniis nomine Probo ornatis pauca sunt Berytio sine dubio tribuenda. Maximae fidei digna nobis visa sunt ea, quae Gellius et Servius referunt, itemque quae scholiasta codicis Veronensis ad Aeneidem, Donatus ad Terenti comoedias laudaverunt. Quae ad Vergilianum commentarium exspectare videntur fragmenta, eo ordine edidi quo opera Mantuani canonica disponi solent, Terentianos vero locos iuxta ordinem recodicis Terentiani Victoriani (D), qui maxime cum lectionibus Probianis congruit.

Dubia tamen plerumque decrevi quae auctores artis grammaticae vel metricae saec. IV vel senioris aetatis Probo tribuerunt, cum incertum sit an ex Berytio, an potius ex opere quodam artigraphi deperdito notitias hausissent. Ei numero prudentiae causa adieci locos Aldhelmi (172, 12 et 153, 9 E.), in quibus Valerius quidam grammaticus, cognomine omisso, laudatur. Quae omnia iuxta capita quibus instituta artium dividuntur disponere statui.

Exclusi tamen damnans multa quae Aistermann genuina vel dubia iudicavit, nonnulla etiam illi ignota, cum locis catholicorum vel institutum Probi simillima sint (Anon. ad Cuimn. 5, 24, Ars Ambros. 48, 340; 54, 78; 61, 205; 64, 307; 78, 74, 91, 504, Ars Laur. 11, 51, Cledon. 45, 18; 50, 14; 76, 11, Clem. f. 25, Cod. Frising. f. 12, Comm. in Don. 430, 36; 431, 19; 435, 25; 436, 28, Don. Ortigr. 17, 236; 43, 117; 69, 113; 158, 1049, ex Codice Bernensi 123 f. 2v (Anecd. Helvet. p. CLII), Explan. in Don. 495, 9, Frg. Bob. 628, 34, Max. Victorin. 231, 6; 234, 4, Petri Grammatici excerpta (Anecd. Helvet. p. 165, 16), Pomp. 138, 3; 138, 17; 139, 14; 152, 33; 156, 1; 164, 33; 169, 12; 173, 30; 178, 10; 188, 37;

200, 11; 225, 17; 240, 34; 269, 8; 280, 12, Prisc. 31, 1; 161, 26; 236, 11; 237, 20; 241, 18; 241, 7; 249, 18; 250, 17; 257, 10; 259, 17; 319, 21; 320, 24; 469, 12; 485, 17; 491, 13; 503, 16; 535, 14, Rufin. 577, 8). Scholia in Iuvenalem quae Georgius Valla Probo tribuit non genuina, ea in Vergilium quae Pomponius Sabinus, alias Pomponius Letus, eidem Probo retulit, pauca certe e Servio pendere, reliqua tamen aliena existimanda esse satis constat.

In apparatu critico non modo lectiones in codicibus singulorum testium repertae consignantur, etiam vero quae ad locos auctorum in iis laudatorum expectant, quo facilius de Probianis sentiis doctrinisque iudicari possit.

Superest tantum ut viris mulieribusque eruditis, qui mihi auxilio magno fuerunt, uxori Susana atque Alex filio, quibus fuit vere improbus Probus, gratias maximas imo ex corde agam.

Dabam Barcinone, mense Iunii anno MMV

CONSPECTVS LIBRORVM SAEPIVS LAVDATORVM

- | | |
|-----------------|--|
| Aistermann 1909 | J. Aistermann, <i>De M. Valerii Probi Berytii vita et scriptis</i> , Bonnae 1909 |
| Aistermann | J. Aistermann, <i>De M. Valerio Probo Berytio capita quattuor. Accedit reliquiarum collectio</i> , Bonnae 1910 |
| Beck 1886 | J. W. Beck, <i>De M. Valerio Probo Berytio quaestiones novae</i> , Groningen 1886 |
| Bergk 1884-86 | T. Bergk, <i>Kleine Philologische Schriften</i> , Halle 1884-1886 |
| Conington 1883 | J. Conington, <i>The Works of Virgil, novis curis H. Nettleship adhibitis</i> , Londonii 1883-1898, nova ed. Hildeshemii 1963 |
| Courtney 1981 | E. Courtney, <i>The formation of the text of Virgil</i> , BICS 28, 1981, 13-29 |
| Della Casa 1973 | A. Della Casa, <i>La 'grammatica' di Valerio Probo</i> , in: AAVV, <i>Argentea aetas in memoriam Entii V. Marmorale</i> , Genuae 1973, 139-160 |
| Delvigo 1987 | M. L. Delvigo, <i>Testo virgiliano e tradizione indiretta. Le varianti probiane</i> , Pisa 1987 |
| Gamberale 1985 | L. Gamberale, <i>La documentazione extra codici, s. v. Eneide</i> , <i>Enciclopedia Virgiliana</i> , vol. II, Romae 1985, 296-302. |
| Gamberale 2002 | L. Gamberale, in: Sebastiano Timpanaro e i Virgiliani antichi, <i>Florentiae</i> 2002, 13-32 |
| Gasti 2000 | F. Gasti, <i>Una citazione di Probo nel Servio Danielino</i> (<i>Serv. Auct.</i> 9, 814), in: M. Gioseffi ed., <i>E io sarò tua guida: raccolta di saggi su Virgilio e gli studi virgiliani</i> , Mediolani 2000, 143-150 |
| Georgii 1891 | H. Georgii, <i>Die antike Aeneiskritik aus den Scholien und anderen Quellen</i> , Stutgardiae 1891 |
| Georgii 1904 | <i>Die antike Vergilkritik in den Bucolica und Georgica</i> , <i>Philologus Suppl.</i> 9, Lipsiae 1904, 209-328 |
| Geymonat 1985 | M. Geymonat, <i>La problematica ecdotica del testo, s. v. Eneide</i> , <i>Enciclopedia Virgiliana</i> , vol. II, Romae 1985, 286-296 |
| Goold 1970 | G. P. Goold, <i>Servius and the Hellen Episode</i> , <i>HSCPh</i> 74, 1970, 101-168 |
| Grisart 1962 | A. Grisart, <i>Valerius Probus de Beyrouth</i> , <i>Helikon</i> 2, 1962, 379-414 |
| Herescu 1960 | N. I. Herescu, <i>Variantes d'auteur dans la tradition manuscrite des poètes latins</i> , <i>REL</i> 38, 1960, 55-57 |

- Holtz 1981 L. Holtz, *Donat et la tradition de l'enseignement grammatical. Étude sur l'Ars Donati et sa diffusion (IVe-IXe siècle) et édition critique*, Parisiis 1981
- Jachmann 1935 G. Jachmann, *Einige Elegie de Properz, ein Überlieferungsschicksal?*, RhM 84, 1935, 193-240
- Jahn 1843 O. Jahn, *Auli Persii Flacci Satirarum Liber*, Lipsiae 1843
- Jocelyn 1984 H. D. Jocelyn, *The annotations of M. Valerius Probus*, CQ 34 1984, 464-478
- Jocelyn 1985a H. D. Jocelyn, *The annotations of M. Valerius Probus*, II, CQ 35 1985, 149-161
- Jocelyn 1985b H. D. Jocelyn, *The annotations of M. Valerius Probus*, III, *Some Virgilian scholia*, CQ 35 (1985), 466-474
- Jocelyn 1989 H. D. Jocelyn, *Some notes on Virgil, Probus, Servius and Servius Danielinus, Sileno* 15, 1989, 5-25
- Kaster 1988 R. A. Kaster, *Guardians of language: The Grammarian and Society in Late Antiquity*, Berkeley - Los Angeles - Londres 1988
- Kaster 1995 R. A. Kaster, *Suetonius De grammaticis et rhetoribus*, Oxonii 1995
- Kauer 1900 R. Kauer, *Zu Terenz*, WS 22, 1900, 56-114
- Kübler 1881 B. Kübler, *De M. Valeri Probi Berytii commentariis Vergilianis*, Diss. Berolini 1881
- Lehmann 1905 P. Lehmann, *Eine verschollene Priscianhandschrift*, RhM 60, 1905, 624-629
- Lehnus 1987 L. Lehnus, *Probo*, *Enciclopedia Virgiliana*, vol. III, Romae 1987, 284-286
- Maguinness 1971 W. S. Maguinness, *A new text of Virgil*, CR 85, 1971, 197-200
- Marx 1904-05 F. Marx, *C. Lucilii carminum reliquiae*, 2 voll., Lipsiae 1904-1905
- Osann 1839 F. Osann, *Probus der Grammatiker*, in *Beiträge zur griechische und römische Literaturgeschichte*, vol. II, Kassel 1839
- Pascucci 1976 G. Pascucci, *Valerio Probo e i veteres*, in: *Grammatici Latini d'Età Imperiale, Miscellanea Filologica*, Genuae 1976, 17-40 (iterum in: *Scritti Scelti*, Florentiae 1983, 399-422)
- Ribbeck, proleg. O. Ribbeck, *Prolegomena critica ad P. Vergili Maronis opera maiora*, Lipsiae 1866
- Riese 1862 A. Riese, *De commentario Vergiliano qui M. Valeri Probi dicitur*, Bonnae 1862
- Ritschl 1868 F. Ritschl, *Opuscula Philologica*, vol. II, Lipsiae 1868

Rostagni 1934	A. Rostagni, Dalle varianti blandiniane e dalle presunte interpolazioni in Orazio, in Virgilio, ecc. alle recensioni critiche di Probo, RFIC 13, 1934, 1-26
Sandys 1906-08	J. E. Sandys, A history of classical scholarship, 3 voll., Cantabrigiae 1906-1908, 1921
Schöll 1886	F. Schöll, Zum Virgil des Probus und Quintilian, Museum für Philologie 41, 1886, 18-26
Schoppe 1662	G. Schoppe (Scioppius), De Arte critica, et praecipue de altera eius parte emendatrice, quaenam ratio in Latinis scriptoribus ex ingenio emendandis observari debeat, Commentariolus, Amstelodami 1662
Scivoletto 1959	N. Scivoletto, La 'filologia' di Valerio Probo di Berito, GIF 12 1959, 97-124 (iterum nonnullis additis ed. in: Studi di letteratura latina imperiale, Neapoli 1963, 155-213)
Steup 1871	J. Steup, De Probis grammaticis, Ienae 1871.
Suringar 1834	W. H. D. Suringar, Historia critica scholiastarum Latinorum, Lugduni Batavorum 1834
Timpanaro 1986	S. Timpanaro, Per la storia della filologia virgiliana antica, Romae 1986
Timpanaro 2001	S. Timpanaro, Virgilianisti antichi e tradizione indiretta, Florentiae 2001
Tomsin 1952	A. Tomsin, Étude sur le Commentaire Virgilien d'Aemilius Asper, Parisiis 1952
Unterharnscheidt 1911	M. Unterharnscheidt, De veterum in Aeneide coniecturis, Monasterii Guestfalorum 1911
Wollenberg 1857	J. Wollenberg, De Probo carminum Vergilianorum editore, Berolini 1857
Zetzel 1981	J. E. G. Zetzel, Latin Textual Criticism in Antiquity, Novae Eboracii 1981

CONSPECTVS EDITIONVM ADHIBITARVM

ACC.	L. Accius, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. I, Tragicorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1897, 157-263, adde L. Accius, in: Fragmenta poetarum Latinorum epicorum et lyricorum praeter Ennium et Lucilium ed. J. Blänsdorf, Stutgardiae et Lipsiae 1995
ADNOT. LUCAN.	Adnotationes super Lucanum, ed. I. Endt, Lipsiae 1909
ALDHELM.	Aldhelmi opera ed. R. Ehwald (MGH AA XV), Berolini 1919
ANON. ad CUIMN.	Anonymus ad Cuimnanum. Expositio latinitatis, ed. B. Bischoff – B. Löfstedt, Turnholti 1992
ARNOB. nat.	Arnobius. Adversus nationes libri VII, ed. C. Marchesi, Augustae Taurinorum 1953
ARS AMBROS.	Ars Ambrosiana e codice Mediolan. bibl. Ambros. L 22 sup., commentum anonymum in Donati partes maiores, ed. B. Löfstedt, Turnholti 1982
ARS BERN.	Ars (anonyma) Bernensis, ex codice Bernensi 123 ff. 78v-117r, ed. H. Hagen (GL suppl.) Lipsiae 1880, 62-142
ARS LAUR.	Ars Laureshamensis, expositio in Donatum maiorem, ed. B. Löfstedt, Turnholti 1977
ARUS.	Arusiani Messii exempla elocutionum ex Vergilio Sallustio Terentio Cicerone digesta per litteras (GLK VII), Lipsiae 1880, 437-514
PS. ASCON.	[Ascon] commentarii in Ciceronem, in J. C. Orelli – J. G. Baiter – C. Halm, Ciceronis opera omnia, vol. V, 2, 97 sq., Zurigiae 1861
ASPER frg.	Aemilii Aspri fragmenta quae edidit A. Tomsin, Étude sur le commentaire virgilien d'Aemilius Asper, Parisiis 1952
ASPER	Vergilius Aspri (Grammatica Vergiliana), in: Appendix Serviana, ed. H. Hagen, Lipsiae 1902, 531-540
PS. ASPER	Aspri grammatici ars (GLK V), Lipsiae 1868, 547-554
ATTA	T. Quinctius Atta, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. II, Comicorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1898, 188-193
AUG.	Augustini ars breuiata eiusdem regulae (GLK V), Lipsiae 1868, 490-524

AUG. civ.	Augustini Hipponensis de civitate Dei, ed. B. Dombart – A. Kalb, Turnholti 1955
BREV. EXPOS.	Anonymi brevis expositio Vergilii Georgicorum I-II, in: Appendix Serviana, ed. H. Hagen, Lipsiae 1902, 191-200
CASSIOD.	Cassiodori de orthographia et de arte grammatica (GLK VII), Lipsiae 1880, 127-216
CASSIOD. inst.	Cassiodori Institutionum divinarum et humanarum lectionum libri II, ed. R. A. B. Mynors, Oxonii ² 1961
CATO	M. Catonis praeter Librum De Re Rustica Quae Extant, ed. H. Jordan, Lipsiae 1860
CHAR.	Flavii Sosipatri Charisii artis grammaticae libri V (GLK I), Lipsiae 1857 (adde Fl. Sosipatri Charisii ars grammatica, ed. C. Barwick, ed. corr. cur. F. Kühnert, Lipsiae ² 1964)
CIC. Cluent.	M. Tulli Ciceronis pro Cluentio, ed. A. C. Clark, Oxonii 1905
CIC. epist. frg.	M. Tulli Ciceronis fragmenta epistularum, ed. D. R. Shackleton Bailey, Stuttgartiae 1988
CIC. Lig.	M. Tulli Ciceronis pro Ligario, ed. A. C. Clark, Oxonii ² 1918
CIC. Mur.	M. Tulli Ciceronis pro Murena, ed. A. C. Clark, Oxonii 1905
CIC. Phil.	M. Tulli Ciceronis Philippicae, ed. A. C. Clark, Oxonii 1901
CIC. Tusc.	M. Tulli Ciceronis Tusculanae Disputationes ed. M. Pohlenz, Stuttgartiae 1918
CIC. Verr.	M. Tulli Ciceronis orationes in Verrem ed. W. Peterson, Oxonii ² 1917
CLAUD. DON.	Tiberius Claudius Donatus, Interpretationes Vergilianae, ed. H. Georgii, Lipsiae 1905-1906
CLEDON.	Cledonii ars grammatica (GLK V), Lipsiae 1868, 9-79
CLEM.	Clementis Ars grammatica, ed. J. Tolkiehn, Lipsiae 1928
CLM	Codex Monacensis Clm 6415 ff. 1r-40v (cf. infra Nanc.-Clm)
COD. FRISING.	Commentaria ad Donatum in cod. Frisingensi 12 ephem. scholast. a. 1832 (GLK IV), Lipsiae 1864, XX
COD. PARIS. 7570	Commentaria ad Donatum in cod. Parisinus 7570 saec. XI servata (GLK IV), Lipsiae 1864, XX
COMM. in Don.	Marii Servii Honorati commentarius in artem Donati (GLK IV), Lipsiae 1864, 405-448
COMMENT. Lucan.	M. Annaei Lucani commenta Bernensia, ed. H. Usener, Lipsiae 1869

CONSENT.	Consentii ars de nomine et verbo, de barbarismis et metaplasms (GLK V), Lipsiae 1868, 9-79
DICT.	Dictys Cretensis, ed. W. Eisenhut, Lipsiae 1973
DIOM.	Diomedis artis grammaticae libri III (GLK I), Lipsiae 1857, 299-529
DON.	Donati ars grammatica (GLK IV), Lipsiae 1864, 353-402
DON. ORTIGR.	Donatus Ortigraphus, Ars grammatica, ed. J. Chittenden, Turnholti 1982
DON. Ter.	Aeli Donati quod fertur commentum Terenti. Acc. Eugraphii commentum et scholia Bembina, rec. P. Wessner, 3 voll., Lipsiae 1902-1908
DUB. NOM.	De dubiis nominibus liber (GLK V), Lipsiae 1868, 567-594
EINSIDL.	Commentum Einsidlense in Donati artem minorem (GLK Suppl.), Lipsiae 1870, 202-218
ENN.	Ennianae Poesis Reliquiae, rec. J. Vahlen, Lipsiae ² 1928 (adde O. Skutsch, The Annals of Quintus Ennius, Oxonii 1985)
ENNOD.	Magni Felicis Ennodi Epistulae, ed. W. Hartel, Vindobonae 1882
EXPLAN. in Don.	[Sergii] explanationum in artem Donati lib. II (GLK IV), Lipsiae 1864, 486-565
EUGRAPH.	Eugraphii commentum Terentii ed. A. Klotz, Lipsiae 1838-1840
FRONTO	M. Cornelii Frontonis epistulae, ed. M. P. J. van den Hout, Lugduni Batavorum 1954
GELL.	Auli Gelli noctes Atticae, rec. P. Marshall, 2 voll., Oxonii 1968, ² 1990
GLK	Grammatici Latini, ed. H. Keil, 7 voll. et suppl., Lipsiae 1855-1880
GLOSS.	Glossaria Latina iussu Academiae Britannicae edita, a W. M. Lindsay collecta, 5 voll., Parisiis 1926-1931
GRILL. rhet.	Grilli commentum in Ciceronis rhetorica ed. R. Jakobi, Monachii et Lipsiae 2002
HOR.	Q. Horati Flacci opera ed. D. R. Shackleton Bailey, Stutgardiae 1985
ISID. diff.	Isidori Hispalensis differentiarum sive de proprietate sermonum libri II, PL 83, 9-98
ISID. orig.	Isidori Hispalensis etymologiarum sive originum libri, ed. W. M. Lindsay, Oxonii 1959

IULIAN.	Excerpta ex Iuliani commentario in Donatum (GLK V), Lipsiae 1868, 313-328
LABER.	D. Laberius, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. II, Comitorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1898, 339-367
LUCAN.	M. Annaei Lucani de bello civili libri X, ed. D. R. Shackleton Bailey, Stutgardiae et Lipsiae ² 1997
LUCIL.	C. Lucilii carminum reliquiae, ed. F. Marx, 2 voll., Lipsiae 1905
MACR. exc.	Excerpta Macrobiani de differentiis et societatibus Graeci Latineque verbi (GLK V), Lipsiae 1868, 595-655 (adde Macrobiani Theodosii de verborum Graeci et Latini differentiis vel societatibus excerpta, ed. P. de Paolis, Urbini 1990)
MACR. sat.	Ambrosii Theodosii Macrobiani Saturnalia, ed. J. Willis, Lipsiae ² 1970
MALS.	Der hibernolatinische Grammatiker Malsachanus, ed. B. Löfstedt, Uppsala 1965
MAR. VICTORIN.	Marii Victorini artis grammaticae libri IV (GLK VI), Lipsiae 1874, 3-184 (adde Marii Victorini Ars Grammatica. Introduzione, testo critico e commento a cura di I. Mariotti, Firenze 1967)
MUR.	Murethach (Muridac), in Donati artem maiorem ed. L. Holtz, Turnholti 1977
NAEV.	Cn. Naevius, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. II, Comitorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1898, 6-35
NANC.	Codex Nanceianus 317, ff. 1r-52v (cf. infra Nanc.-Cln)
NANC.-CLM	Ars (anonyma) Nanceiana: Glossa de partibus orationis, e codicibus Nanceiano 317 et Monacensi Cln 6415
NIGID.	P. Nigidii Figuli operum reliquiae, ed. A. Swoboda, Vindobonae-Pragae 1889
NON.	Nonii Marcelli de compendiosa doctrina libros XX ed. W. M. Lindsay, 3 voll., Lipsiae 1903
PACUV.	M. Pacuvius, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. I, Tragicorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1897, 86-157
PS. PALAEM.	Q. Rhemnii Palaemonis ars (GLK V), Lipsiae 1868, 525-547
PHILARG.	Iunii Philargyrii grammatici explanatio in Bucolica Vergilii, in: Appendix Serviana, ed. H. Hagen, Lipsiae 1902, 1-189
PHOC.	Phocae ars de nomine et verbo eiusdem qui dicitur liber de aspiratione (GLK V), Lipsiae 1868, 405-441

PLAUT.	T. Macci Plauti comoediae ed. W. M. Lindsay, 2 voll., Oxonii ² 1910
PLIN. epist.	C. Plini Caecili Secundi minoris epistularum libri IX, post M. Schuster cur. R. Hanslik, Lipsiae ³ 1958
POMP.	Pompeii commentum artis Donati (GLK V), Lipsiae 1868, 95-312
POMPON.	L. Pomponius, in: Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, vol. II, Comitorum fragmenta, ed. O. Ribbeck, Lipsiae ³ 1898, 269-307
PORPH.	Pomponii Porphyrii commentarii in Q. Horatium Flaccum, ed. W. Meyer, Lipsiae 1874
PRISC.	Prisciani Caesariensis institutionum grammaticarum libri XVIII ex rec. M. Hertz (GLK II-III), Lipsiae 1855-1859 (tantum numerus libri III notatur)
PROB.	De catholicis Probi (GLK IV), Lipsiae 1864, 1-43 vel Probi instituta artium (GLK IV), Lipsiae 1864, 45-192
PROB. app.	Appendix Probi (GLK IV), Lipsiae 1864, 193-204
PROB. ult. syll.	M. Valeri Probi, ut ferunt, de ultimis syllabis liber ad Caelestinum (GLK IV), Lipsiae 1864, 219-264
PROB. Verg.	Probi qui dicitur commentarius in Bucolica et Georgica, in Appendix Serviana, ed. H. Hagen, Lipsiae 1902, 321-390
QUADRIG.	Q. Claudii Quadrigarii annales, in Historicorum Romanorum fragmenta ed. H. Peter, Lipsiae 1883
QUINT. inst.	M. Fabi Quintiliani institutionis oratoriae libri XII, ed. M. Winterbottom, 2 voll., Oxonii 1970
RUFIN.	Rufinus grammaticus Antiochensis (GLK VI), Lipsiae 1874, 554-578
SACERD.	Marii Plotii Sacerdotis artium grammaticarum libri III (GLK VI), Lipsiae 1874, 417-546
SALL. cat.	C. Sallusti Crispi Catilina, Iugurtha, fragmenta ampliora, ed. A. Kurfess, Lipsiae ³ 1976
SALL. hist.	C. Sallusti Crispi historiarum reliquiae ed. B. Maurenbrecher, Stuttgart 1891
SCHOL. Barth.	P. Papinii Statii quae exstant rec. C. Barthius, Cygneae 1664
SCHOL. Fabr.	Francisci Fabricii Marcodurani Annotationes in Terentium, Dusseldorpii 1558
SCHOL. Hor.	Pseudoacronis scholia in Horatium vetustiora ed. O. Keller, 2 voll., Lipsiae 1902-1904

SCHOL. Iuv.	Scholia in Iuvenalem vetustiora ed. P. Wessner, Stuttgartiae 1931
SCHOL. Lucan.	Scholia in Lucanum praeter commentum Bernense, in: M. Annaei Lucani Pharsalia cum notis variorum ed. C. F. Weber, Lipsiae 1821
SCHOL. Pomp. Sabin.	Scholia Pomponii Sabini, id est Pomponii Leti, ad Verg. Aen., in: W. H. D. Suringar, Historia critica scholiastarum Latinorum, vol. II, Lugduni Batavorum 1834, 28-31
SCHOL. Stat.	Lactanti Placidi qui dicitur Commentarios in Statii Thebaida et Commentarium in Achilleida rec. R. Jahnke, Lipsiae 1898
SCHOL. Verg. Bern.	Scholia Bernensia ad Vergili Bucolica atque Georgica, ed. H. Hagen, Jb. class. Phil. Suppl. N. F. 4, Lipsiae 1867
SCHOL. Verg. Veron.	Gli scolii veronesi a Virgilio, ed. C. Baschera, Veronae 1999 (adde Scholiorum Veronensium in Vergilii Bucolica, Georgica, Aeneidem fragmenta, in: Appendix Serviana, ed. H. Hagen, Lipsiae 1902, 391-450)
SED. mai.	Sedulius Scottus, in Donati artem maiorem ed. B. Löfstedt, Turnholti 1977
SED. min.	Sedulius Scottus, in Donati artem minorem, in Priscianum, in Eutychem ed. B. Löfstedt, Turnholti 1977
SERV. auct.	Scholia Servianis inserta, quae primus edidit P. Daniel, Parisiis 1600, quae italicis litteris, ut solet, notantur (vide SERV.)
SERV.	Servii grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentarii, edd. G. Thilo – H. Hagen, 3 voll., Lipsiae 1881-1887 (adde Servianorum in Vergilii carmina commentarium editionis Harvardianae volumen II, ed. E. Rand – J. J. Savage – H. T. Smith – P. B. Waldrop – J. P. Elder – B. M. Peebles – A. F. Stocker, Lancaster 1946 atque Servianorum in Vergilii carmina commentariorum editionis Harvardianae volumen III, ed. A. F. Stocker – A. Hartman Travis, Oxonii 1965)
SIDON. epist.	C. Sollii Apollinaris Sidoni epistulae et carmina, rec. P. Mohr, Lipsiae 1895 (adde Sidoine Apollinaire, ed. A. Loyer, I Poèmes, II/III Lettres, Paris 1960, 1970)
STAT.	P. Papini Stati Thebais et Achilleis, ed. H. W. Garrod, Oxonii 1906
SUET. frg.	C. Suetoni Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae ed. A. Reifferscheid, Lipsiae 1860

TAT.	Tatui opera omnia, ed. M. de Marco – F. Glorie, 2 voll. Turnholti 1968
TER. MAUR.	Terentiani Mauri de litteris, de syllabis, de metris libri III (GLK VI), Lipsiae 1874, 315-413
TER.	P. Terenti Afri comoediae ed. S. Prete, Heidelbergii 1954 (adde Terenti Comoediae, ed. R. Kauer – W. M. Lindsay, Oxonii 1926 (suppl. O. Skutsch 1958)
TUBERO	Q. Aelius Tubero, in: Iurisprudentiae Anteiusianae reliquias ed. E. Seckel – B. Kübler, 2 voll., Lipsiae 1908-1927, 43
VAL. ANT.	Valerii Antiatii annales, in: Historicorum Romanorum fragmenta ed. H. Peter, Lipsiae 1883
VARRO ant.	M. Terenti Varronis antiquitatum rerum diuinarum libri 1, 14, 15, 16, ed. R. Agahd, Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, suppl. 24. 1, Lipsiae 1898, 1-381 (adde M. Terenti Varronis Antiquitates rerum diuinarum librorum I-II fragmenta ed. A. G. Condemi, Boloniae 1964)
VARRO frg.	M. Terentius Varro in: Grammaticae Romanae fragmenta, ed. H. Funaioli, Lipsiae 1907, 179-371
VARRO ling.	M. Terenti Varronis de lingua latina (fragmenta in aliis scriptis servata), ed. G. Goetz – F. Schoell, Lipsiae 1910
VARRO men.	M. Terentius Varro, Saturarum Menippearum reliquiae, ed. A. Riese, Lipsiae 1865
VERG.	P. Vergili Maronis opera, post Remigium Sabbadini et Aloisium Castiglione recensuit Marius Geymonat, Augustae Taurinorum in aedibus Paraviae 1972 (adde P. Vergili Maronis opera, apparatu critico in artius contracto iterum recensuit O. Ribbeck, Lipsiae 1894-95 et P. Vergili Maronis opera, ed. R. A. B. Mynors, Oxonii 1969)
WIRC	Codex Wirceburgensis M. p. th. f. 132 (fragm.), ff. 1r-2v et 7r-8v

SIGLA CODICVM AVCTORVM ADHIBITORVM

ALDHELMVS

- K cod. Caroliruhensis n. LXXXXV olim Augiensis saec. VIII/IX
P¹ cod. Parisinus 2339 olim Lemovicensis saec. X in.
S fragmenta Sangallensia 1394 saec. IX
N cod. Vaticanus Pal. 1753 olim Nazarianus saec. IX
A¹ cod. Valentinianus 378 saec. IX/X
A cod. Valentinianus 376 saec. IX/X
F cod. Bruxellensis 4433-4438 saec. X
F³ cod. Bruxellensis 9561-9595 olim Cusanus saec. X
D cod. Leodicensis Delrii

BREVIS EXPOSITIO

- N cod. Parisinus Latinus 7960 saec. X
P cod. Parisinus 11308 saec. IX
G cod. Leidensis 135 (Burmannianus G) saec. XI in.

CHARISIUS

- N cod. Neapolitanus IV A. 8 olim Bibiensis saec. VII/VIII
n cod. Neapolitanus IV A. 10 saec. XV/XVI
P fragmentum codicis Parisini 7560 saec. XI
p excerpta codicis Parisini 7530 saec. VII
C Cauchii ex deperdito codice excerpta
L excerpta codicis Leidensis Voss. 37. 8

CICERO, pro Cluentio

- P Palimpsestus Taurinensis
Σ M. 2 in cod. Parisino 14749
B Excerpta Bartolomaei de Montepolitano
M cod. Laurentianus li. 10 saec. XI
b cod. A, Marci 255 saec. XV
σ M. 2 in cod. Parisino 14749
ψ cod. Laurentianus (Gadd.) XC sup. 69
s cod. Monacensis 15734
t cod. Laurentianus XLVIII, 12

CLEDONIUS

- B cod. Bernensis bibl. publ. 380 saec. VI

CONSENTIUS

- M cod. Monacensis 14666 saec. X
B cod. Bernensis 432 saec. X
L cod. Leidensis Voss. 37 saec. X

DIOMEDES

- A cod. Parisinus 7494 saec. IX ex.
B cod. Parisinus 7493 saec. IX ex.
M cod. Monacensis saec. IX ex.
abm codicum ABM manus secunda
p excerpta cod. Parisini 7530 saec. VII

DONATUS

- A cod. Parisinus Lat. 7920 saec. XI
B cod. Vaticanus Regin. Lat. 1595 saec. XIII
T cod. Vaticanus Lat. 2905 saec. XV
C cod. Oxonensis Bodleianus Canon. Lat. 95 saec. XV
F cod. Florentinus Marucell. C 224 saec. XV
V cod. Vaticanus Regin. Lat. 1496 saec. XV
D cod. Dresdensis Dc. 132 saec. XV
L cod. Leidensis Vossianus Lat. Q 24 saec. XV
P cod. Parisinus Lat. 7921 saec. XV
M cod. Cesen. Malatest. XXII, 11 V saec. XV
G cod. Vaticanus Regin. Lat. 1673 saec. XV
R cod. Riccardianus 669 saec. XV ex.
O cod. Oxoniensis Lincoln. 45 saec. XV

DONATUS ORTIGRAPHUS

- V cod. Valentinus bibl. mun. 393 (olim 376) saec. IX in.
P cod. Parisinus lat. 13026 saec. IX
B cod. Bernensis 123 saec. IX
L cod. Leidensis Voss. Lat. Qu. 33 saec. IX
A cod. Leidensis B. P. L. 135 saec. IX
C cod. Monacensis Clm 6415 saec. IX

M cod. Matritensis Bibl. Nac. 19 (olim 16) saec. XII

EXPLANATIO IN ARTEM DONATI

L cod. S. Pauli in valle Lavantina 24
l eiusdem codicis manus secunda
F cod. Frisingensis 81
S cod. Berolinensis Santenii 66, 4
p excerpta codicis Parisini Sangermanensis 1180

GELLIUS

per priores septem libros:

A cod. rescriptus Vaticanus Palatinus 24 saec. IV
β cod. Buslidianus nunc deperditus saec. fortasse XII
V pars prior codicis Vaticani 3452 saec. XII
P cod. Parisinus 5765 saec. XII
R cod. Leidensis Gronovianus 21 saec. XII
C cod. Cantabrigensis Clare College 26 saec. XIII
ω consensus codicum AVPR vel quotquot supersunt

per libros 9-20:

F cod. Leovardiensis Prov. Bibl. van Friesland 55 saec. IX
O cod. Vaticanus Reginensis 597 saec. IX
X cod. Leidensis Voss. F 112 saec. X
Π cod. Vaticanus Reginensis Latinus 1646 saec. XII
N cod. Florentinus Bibl. Nat. J. 4, 26 saec. XV
γ consensus codicum OXΠN vel quotquot supersunt
Q cod. Parisinus 8664 saec. XIII
Z cod. Leidensis Voss. F 7 saec. XII ex.
B cod. Bernensis 404 una cum codice Leidensi B. P. L. 1925 saec. XII/XIII
δ consensus codicum FOXΠQZB vel quotquot supersunt
β cod. Buslidianus supra memoratus

per omnes libros

T florilegium Gellianum in codice Parisino 4952 saec. XII in.
Y florilegium Gellianum in codice Vaticano 3307 saec. XII
ς codices recentiores saec. plerumque XV una cum editione principe anno 1469 Romae edita

LUCANUS

- Z cod. Parisinus bil. publ. Lat. 10314 saec. IX
- M cod. Montepessulanus bibl. med. H 113 saec. IX
- P cod. Parisinus bibl. publ. Lat. 7502 saec. X
- G cod. Bruxellensis bibl. Burgund. 5330-32 saec. X
- U cod. Leidensis Vossianus Lat. XIX F.63 saec. X
- V cod. Leidensis Vossianus Lat. XIXQ. 51 saec. X

MACROBIUS

- N cod. Neapolitanus VB 10 saec. IX in.
- D cod. Bodleianus Auct. T II 27 saec. IX ex.
- P cod. Parisinus 6371 saec. XI
- T cod. Matritensis Escorial. Q. l. l. saec. XV
- M cod. Montepessulanus 225 saec. IX
- B cod. Bambergensis M. L. V. 5 n. 9 saec. IX
- V cod. Vaticanus Reginensis 1650 saec. X
- Z cod. Matritensis Escorial. E. III 18 saec. XII vel XIII
- R cod. Vaticanus Reginensis 2043 saec. X
- F cod. Florentinus Laur. plut. 90 sup. 25 saec. XII
- A cod. Anglicus vel Cantabrigensis bibl. univ. 260 saec. XIII

POMPEIUS

- A cod. Wolfenbütteleanus Weissenburgensis 86 saec. IX
- B cod. Parisinus Sangermanensis 1179 saec. IX
- C cod. Parisinus Sangermanensis 1180 saec. IX

PRISCIANUS

- G cod. bibl. conventus Sangallensis 904 saec. IX
- L cod. bibl. publ. Lugd. Bat. 67 olim Gruterianus saec. IX
- K cod. bibl. Carolinuhensis 223 saec. IX
- B cod. bibl. publ. Bambergensis M. IV 12 saec. IX
- H cod. bibl. gymn. Halbersdtadiensis, Lutherius Krehlii saec. X
- R cod. Parisinus 7496 saec. IX
- P cod. Parisinus 7530 olim Tellerianus saec. VIII
- D cod. bibl. Bernensis M 59 saec. IX/X
- A cod. bibl. publ. Amienensis saec. X/XI
- rdhb emendatores codicum RDHB

SALLUSTIUS

codices mutili

- P cod. Parisinus 16024 saec. IX
A cod. Parisinus 16025 saec. IX
C cod. Parisinus 6085 saec. XI in.
B cod. Basileensis A. N. IV 11 saec. XI
N cod. Palatinus Lat. 889 saec. X
K cod. Palatinus Lat. 887 saec. XI
H cod. Berolinensis 205 saec. XI
M cod. Monacensis 4559 saec. XI vel XII
T cod. Turicensis bibl. reip. C 143a saec. XI ex.
D cod. Parisinus 10195 saec. XI
F cod. Hauniensis 25 saec. XI ex.
Q cod. Parisinus 5748 saec. XI
R cod. Vaticanus 3325 saec. XII ex.
Γ consensus codicum MTDF
X consensus codicum PACB vel omnium vel trium
Y consensus codicum NKHΓ vel omnium vel plurimorum

integri

- l cod. Leidensis Voss. Lat. 73, saec. XII
s cod. Lipsiensis bibl. sen. rep. 1 fol. 4, saec. XI
n cod. Parisinus 6086 saec. XI
m cod. Monacensis 144477 saec. XI
π cod. Palatinus 883 saec. XII

adde

- V cod. Vaticanus 3864 saec. IX

SCHOLIA BERNENSIA

- B cod. Bernensis 172 saec. IX-X
C cod. Bernensis 167 (C) saec. IX-X
D cod. Bernensis 165 saec. IX
M *editio a Müller curata*

SCHOLIA VERONENSIA

codex

- V cod. Veronensis Bibl. Cap. 40 (38) saec. V-VI

editiones

- Mai Virgilii Maronis interpretes veteres, Asper, Cornutus, Haterianus, Longus, Nisus, Probus, Scaurus, Sulpicius et Anonymus, ed. A. Mai, Mediolani 1818.
- Mai² Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomus VII. Scriptores de rebus Alexandri Magni, Commentarii in Virgilium, Dynamidia, historica et grammaticalia quaedam, ed. A. Mai, Romae 1835
- Keil M. Valerii Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius. Accedunt Scholiorum Veronensium et Aspri Quaestionum Vergilianarum fragmenta, ed. H. Keil, Halis 1848
- Herrmann Die Veroneser Vergilscholien. Beilage zum Programm des Grossherzogl. Gymnasiums zu Donaueschingen für 1868-69 (2^a parte 1869-70)

SERVIVS

Serviani commentarii codices

- L cod. Leidensis B. P. L. 52 saec. IX
- K cod. Caroliruhensis 186 saec. IX
- J cod. Metensis 292 saec. IX
- B cod. Bernensis 363 saec. IX
- Pa cod. Parisinus Lat. 7959 saec. IX
- Ta cod. Treverensis Bibl. Civ. 1086 saec. IX
- Pb cod. Parisinus Lat. 16236 saec. X/XI
- M cod. Monacensis 6394 saec. X/XI
- V cod. Vaticanus Latinus 3317 saec. X ex.
- W cod. Guelferbytanus Bibl. civ. 2091 saec. XIII
- N cod. Neapolitanus Bibl. Publ. 5 saec. X
- H cod. Hamburgensis 52 saec. XI
- R cod. Reginensis 1495 scholia saec. VII partim inedita continens
- E cod. Monacensis 18059, olim Frisingensis 59
e codicis E corrector

plenioris commentarii codices

- L cod. Leidensis Voss. Lat. 80 saec. IX
l eius codicis vetus corrector
λ corrector saec. XII
- V cod. Vaticanus Latinus 3317 saec. X ex.

- C cod. Cassellanus Bibl. Pub. Poet. fol. 6 saec. IX med.
P cod. Parisinus Lat. 1750 + cod. Leidensis Voss. Lat. F. 79 saec. IX ex.
F cod. Bernensis 172 + cod. Parisinus Lat. 7929 saec. IX
T cod. Bernensis 165 saec. IX
G cod. Bernensis Bibl. Publ. 167 saec. IX/X

exemplaria impressa

- Stephanus* ex. Roberti Stephani a. 1532
Fabricius ex. Georgii Fabricii a. 1575
Daniel ex. Petri Danielis a. 1600
Commelinus ex. Abrahami Commelini a. 1646
Masvicius ex. Pancratii Masvicii a. 1717
Burmamnus ex. Petri Burmanni a. 1746
Lion ex. Alberti Lion a. 1826

TERENTIUS

- A cod. Bembinus (Vat. Lat. 3226) saec. IV-V
A¹ ipse codicis Bembini librarius qui hic illic litteras addidit quas fortuito omiserat
A *corr. ant.* corrector antiquus codicis Bembini qui ante scholiastas tenuissimis atque parvis litteris capitalibus codicem emendavit
Iov. *Ioviales* qui paucis tantum locis codicem attigit emendationesque inseruit fortasse ante scholia seu eadem scholiorum aetate
A *corr. rec.* corrector recens saec. VII ex. vel VIII in.
C cod. Vaticanus (Vat. Lat. 3868) saec. IX
P cod. Parisinus (Par. Lat. 7899) saec. IX
λ fragmentum Lugdunense (bibl. munic. Lugd. 788) saec. IX
D cod. Victorianus (Laur. XXXVIII 24) saec. X
L cod. Lipsiensis (bibl. munic. Lips. I 37) saec. X
p cod. Parisinus (Par. Lat. 10304) saec. X
V fragmentum Vindobonense (Vind. phil. 263) saec. X
G cod. Decurtatus (Vat. Lat. 1640) saec. XII
F cod. Ambrosianus (Ambr. H 75 inf.) saec. X
E cod. Riccardianus (Flor. MIV/XXX=528) saec. XI

VERGILIUS

- F cod. Vaticanus Lat. 3225 (*Fulvii Orsini schedae Vaticanae*) saec. IV ex.

- M cod. Mediceus Laurentianus XXXIX, 1 + Vat. Lat. 3225, f. 76 (= Aen. 8, 585-642) saec. V ex.
- P cod. Vaticanus Palatinus Lat. 1631 saec. V vel VI
- R cod. Vaticanus Lat. 3867 saec. VI in.
- A cod. Vaticanus Lat. 3256 + Berlin, Lat. fol. 416 saec. V vel VI
- V cod. Veronensis XL (38) saec. V
- G cod. Sangallener Stiftsbibliothek 1394 saec. V ex. vel VI in.
- m cod. Monacensis, Bayerische Staatsbibliothek, 29216 (7) (olim 29005 (18)) saec. VIII ex.
- p cod. Parisinus Lat. 7906 saec. VIII ex
- n cod. Neapolitanus Vind. Lat. 6 saec. IX/X
- a cod. Bernensis 172 + Parisinus Lat. 79 saec. IX
- g cod. Guelferbytanus Gudianus Lat. 70 saec. IX
- c cod. Bernensis 184 saec. IX

M. VALERI PROBI BERYTI
FRAGMENTA

Ex commentario Vergiliano fragmenta

(3 [= 60] AISTERMANN, STEUP p. 111)

SERV. auct. Verg. ecl. 6, 76: DVLICHIAS VEXASSE RATES Ithacenes, a monte, *vel urbe Dulichia in regno Vlixis*. 'Vexasse rates' autem per tapinosim dictum est; nam non vexavit, sed evertit. Quod Probus vult hac ratione defendere, dicens 'vexasse' venire ab eo, quod est 'veho, vecto, vexo', ut 'vexasse' sit 'portasse' et sine dubio pro arbitrio suo evertisse. *'Vexasse' est enim vis quaedam alieni arbitrii, non enim sui potens est, qui vebitur. Bene ergo inclinatum verbum est: nam qui fertur et raptatur et hac atque illuc distrabitur 'vexari' proprie dicitur: Cato in oratione de Achaeis:*

'cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret',

Cicero in Verrinis:

'sed ut a barbaris praedonibus vexata esset',

item:

'di ablati, fana vexata, direptae urbes reperiuntur'.

Suringar 1834 II, 17; Kübler 1881, 21-22; Conington 1883, LXIII; Georgii 1904, 240-242; Scivoletto 1959, 115; Pascucci 1976, 30-31; Zetzl 1981, 40; Holtz 1981, 167; Timpanaro 1986, 116

1 [VERG. ecl. 6, 76: dulichias vexasse rates Don. 395, 16, Schol. Hor. epod. 6, 1-5 ('Vexas'. Fatigas, ut: 'dulichias ... rates') | candida ... rates Ps. Ascon. Verr. 1, 12, p. 130 B. ('Nimirum 'vexavit' ingentis calamitatis usum significat [...] Virgilius: 'candida ... rates') | vexasse cf. Gell. 2, 6 ('Nonnulli grammatici aetatis superioris, in quibus est Cornutus Annaeus, haut sane indocti neque ignobiles, qui commentaria in Vergilium composuerunt, reprehendunt quasi incuriose et abiecte verbum positum in his versibus: 'candida ... marinis'. 'Vexasse' enim putant verbum esse leve et tenuis ac parvi incommodi nec tantae atrocitati congruere, cum homines repente a belua immanissima rapti laniatique sint'), Macr. sat. 6, 7, 4 ('Tunc Avienus totus conversus in Servium, 'dicas volo', inquit, 'doctorum maxime, quid sit quod cum Vergilius anxie semper diligens fuerit in verbis pro causae merito vel atrocitate ponendis, incuriose et abiecte in his versibus verbum posuit: 'candida ... rates'. 'Vexasse' enim verbum est levis ac parvi incommodi nec tam atroci casui congruens, cum repente homines a belua immanissima rapti laniatique sint'), Isid. orig. 10, 281 ('Vexatus', id est portatus; ab eo quod est 'veho, vecto, vexo', ut 'vexasse' sit 'portasse'), Gloss. 3, 179 L. ('Vexasse': evertisse') | dulichias R2: dulicias MP2R, dulicia P] | a monte] Dulichium insula est, ubi mons est ithacus, in qua fertur habitasse ulixes, eoque et ipse dulichius et dulichias habuisse rates dicitur add. R, ed. Stephan || 2 vel urbe ... Vlixis non ed. Daniel | tapinosim] cf. Holtz 1981, p. 167 || 4 'vexasse' ... evertisse om. L, in marg. inf. add. λ || 5 'Vexasse' est enim delevit λ, ut videtur; ceterum cf. Gell. 2, 6, 3 ('Vexasse' grave verbum est factumque ab eo videtur, quod est 'vehere', in quo inest vis iam quaedam alieni arbitrii; non enim sui potens est qui vebitur. 'Vexare' autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastiore est. Nam qui fertur et raptatur atque hac atque illuc distrabitur, is 'vexari' proprie dicitur') || 9 [CATO frg. XXXV, p. 55, 8 J.] || 11 [Cic. Verr. 2, 4, 55, 122: sed ut a barbaris praedonibus vexata esset videatur] || 13 [Cic. Verr. 2, 4, 47, 104] | di om. L | ablati] alibi Masvicius | direpte orbes (v supra o scripta) reperiuntur L

(66 AISTERMANN, STEUP p. 194)

GELL. 13, 21, 1: Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, quae a Graecis εὐφωνία dicitur, quam regulae disciplinaeque, quae a grammaticis reperta est.

Interrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quodam conperi, 'has'ne 'urbis' an 'has urbes' et 'hanc turrim' an 'hanc turrem' dici oporteret. 5
'Si aut versum' inquit 'pangis aut orationem solutam struis atque ea verba tibi dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum'. Tum is, qui quaesierat: 'Quonam modo' inquit 'vis aurem meam interrogem?' Et Probum ait respondisse: 'Quo 10
suam Vergilius percontatus est, qui diversis in locis 'urbis' et 'urbes' dixit arbitrio consilioque usus auris. Nam in primo georgicon quem ego' inquit 'librum manu ipsius correctum legi, 'urbis' per 'i' litteram scripsit. Verba e versibus eius haec sunt:

'urbisne invisere, Caesar, 15
terrarumque velis curam'.

Verte enim et muta, ut 'urbes' dicas: insubidius nescio quid facies et pinguius. Contra in tertio Aeneidis 'urbes' dixit per 'e' litteram

'centum urbes habitant magnas'.

Hic item muta, ut 'urbis' dicas: nimis exilis vox erit et exsanguis; tanta quippe 20
iuncturae differentia est in consonantia vocum proximarum. Praeterea idem Vergilius 'turrim' dixit, non 'turrem' et 'securim' non 'securem'

'turrim in praecipiti stantem':

et:

'incertam excussit cervice securim'. 25

Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque loco per 'e' litteram dicas'. At ille qui interrogaverat, rudis profecto et aure agresti homo: 'Cur' inquit 'aliud alio in loco potius rectiusque esse dicas, non sane intellego'. Tum Probus iam commotior: 'Noli' inquit 'igitur laborare utrum istorum debeas dicere, 'urbis' an 'urbes'. Nam cum id genus sis, quod video, 30
ut sine iactura tua pecces, nihil perdes utrum dixeris'.

His tum verbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclementer.

Suringar 1834 II, 12-14; Conington 1883, LXI; Scivoletto 1959, 109-110; Della Casa 1973, 146; Pascucci 1976, 32-33; Timpanaro 1986, p. 112; Kaster 1988, 54

3 a grammaticis] a om. *Q* || **5** turrim *F&* turrem *γ* | hanc *Fγ*: hunc *δ* | turrem *F&* turrim *γ* || **6** verba tibi (tui *X*) *Fγ*: tibi verba *δ* || **13** correctum *ed. Gryph. 1537*: collectum *ω* || **15-16** [VERG. georg. 1, 25-26: *Gloss. 1, 316 L.* ("Invisere": visitare) | urbisne *PRωγ*, *Serv.*: urbesne *Mabcnrv* | inviscere *R*] || **17** urbes *FγQ²*: urbis *δ* || **19** [VERG. Aen. 3, 106: *Schol. Hor. epod. 9, 29, Serv. Aen. 9, 85, Schol. Verg. Veron. ecl. 6, 2 (lectio tamen omnino incerta), Explan. in Don. 545, 8, Gloss. 1, 579 L., Adnot. Lucan. 3, 184* | urbis *P*, corr. *P²*] || **20** exsanguis *Fγ*: sanguis *δ*, anguis *O'* || **23** [VERG. Aen. 2, 460: in praecipiti *Gloss. 1, 307. 3, 138 L.* | turrem *F*, *Char. 39, 19. 544, 14*: turrim *Prisc. 329, 5*] || **25** [VERG. Aen. 2, 224: incerta *P* (corr. *P²*), *Sil. 5, 65* | securim *Prisc. 329, 10, Gloss. 1, 515 L.* ("Securim: Bipenne<*m*>"] || **31** tua *δ*: tui *Fγ*

3

(5 AISTERMANN)

BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 224: INVITAE dicit Probus a translatione dictum
esse, ut:

‘spem credere terrae’

et supra

‘committas’.

1 invite NP | dt /// probus /// P || 3 [VERG. georg. 1, 224: anni spem credere terrae
Schol. Hor. carm. 1, 3, 5, 225 | caedere M] | spem] speciem (setiem, *corr.* speciem P) NP |
terre N || 5 [VERG. georg. 1, 223] | committas] committare N | comitare P